



Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo

Quorum Prior in duas Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales,
Canonicas Et Regulares: Secundus Controversias Civiles determinat

Quæstionum, Et Resolutionum Legalium Libri Duo - Quorum Prior in duas
Partes divisus, continet Resolutiones Beneficiales, Canonicas Et Regulares:
Secundus Controversias Civiles determinat

Tonduti, Pierre François de

Lugduni, M.DC.LXXXIX.

Cap. CXXII. De restitutione, vel solutione dotis consistentis in pecunia,
facta uxori constante matrimonio. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98388](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98388)

n. 24. ad med. vers. in eo autem, lib. 1. & conf. 100. n. 34. & 35. lib. 2. Burlat. conf. 300. n. 67. vers. ex omissione absoluta: Papon. conf. 113. n. 19. & seqq. Rot. in Montis Falisci fideicom. 19. Ianuarij 1618. coram Coccino.

19 Propterea etiam cessare videtur, dum idem donans in casu obitus Joannis sine filiis vocavit Gabrielem sen. alterum suum filium, eiusque liberos per vulgarem, cum illa expiraret aditione grauati: leg. post aditam, C. de impub. & aliis substit. Griuel. decis. Dolan. 125. n. 42. Et simili ratiocinio vitur Ramon. conf. 100. n. 25. Giouagn. conf. 82. num. 139. & 163. lib. 1. Gratian. discept. for. cap. 536. n. 63. & 64. Rot. decis. 538. n. 4. part. 2. recen. & decis. 151. n. 11. in fin. & dec. 221. n. 10. part. 5. & decis. 272. n. 23. part. 6.

20 Quia omnia facilius firmata veniunt, quia non versamur in persona rudi, sed in homine valde Perito; qui licet bene intelligeret vim, & efficaciam verborum, & diuersam substituendi formam, distinguendo casum obitus cum liberis, & sine liberis; Nihilominus in celebratione istius Instrumenti vltus fuit opera insignium Iuriconsultorum, quod in specie ponderat Cyriac. controu. 281. n. 77. & seq. Altograd. conf. 61. n. 66. vers. sed efficacissima: Rot. in Bonon. fideicommissi de Glauarinis, 5. Iunii 1637. coram R. P. D. meo Rojas. Ac propterea, cum ipse non solum posuerit in conditione, sed etiam expresse vocauerit illos, ad quos volebat rem donatam peruenire; signum est euident, quod non intellexit eos vocare, quos tantum in conditione posuit; nam talis discretia locutio contrariam arguit disponentis voluntatem: vt not. Zanch. in l. heredes mei, §. cum ita, n. 93. ff. ad Trebell. Rustic. de liber. in condit. post. lib. 4. cap. 4. n. 2. & seq. Menoch. de presump. lib. 4. presump. 76. n. 43. & 44. Soc. sen. conf. 126. n. 2. lib. 3. Gabr. conf. 97. n. 28. lib. 1. Rot. in Romana successione de Comitibus, 22. Iunii 1642. coram Reuerendiss. D. meo Decano, & in Romana fideic. de Coronis, 28. Ianuarii 1647. coram R. P. D. meo Cerro.

21 Aduertendo praesertim, quod omnes filii Joannis fuerunt positi in conditione, qui si essent dispositiue vocati, debuissent etiam omnes admitti, iuxta dispositionem tex. in l. Lucius, ff. de hered. instit. Et tamen ipsemet donans voluit, quod vnus tantum ex eis succederet, quem Ioannes elegerat. Unde si iste electus sine prole decederet, fideicommissum expirabat, nam ceteri remanebant perpetuo exclusi: per text. in l. vnum ex familia 69. §. si falcid. ff. de legat. 2. Olofred. ibid. col. 2. in princ. vers. & Titius elegit vnu: Sarmient. select. interp. lib. 8. §. si fundum, n. 2. Ant. Faber de error. prag. dec. 53. err. 1. vers. hinc vero fit, Rot. dec. 149. n. 5. vers. quam sine dubio: part. 7. recen. cum pluribus adduct. in Romana heredit. de Togninis, 18. Martii 1648. coram R. P. D. meo Pentingero.

22 Non obstat, quod verba fuerint directa in rem, & ideo fideicommissum dicatur reale. Quia cum sit consecutum ad certas personas, de reali efficitur personale: Ruin. conf. 127. n. 10. lib. 2. Menoch. conf. 705. n. 41. vers. respondetur: Fular. de subst. quest. 269. n. 1. Rot. coram Caval. dec. 13. n. 4. & dec. 632. n. 12. part. 4. tom. 3. recen. & in Bonon. fideic. de Sanctis, 16. Martii 1648. coram R. P. D. meo Bichio.

23 Minus applicantur decisiones in Bonon. fideic. de Turri, coram bon. mem. Card. Verospio, & Manzanedo. Quia ibi aderat expressa reciproca inter institutos, & digressus ad plures substitutionum gradus, & exclusio foeminarum ob rationem conseruandae agnationis. Imo in illis, prout in aliis pluribus ex aduerso allegatis, non concurrebant conjecturae pro exclusione fideicommissi, prout concurrant in praesenti casu. Aliae vero decisiones, vel loquuntur in Sanlegerii quasi. & resol. civil. Tom. II. P. II.

terminis statuti Urbis, ex cuius dispositione filii in conditione positi censentur dispositiue vocati, vel procedunt quando fuit contemplata agnatio, & constat clare de voluntate disponentis, quod voluerit facere fideicommissum perpetuum.

Vnde attentis praedictis, & cessante in praesenti casu prohibitione alienationis, digressus ad plures substitutionum gradus, ratione conseruandae agnationis, ac verbis denotatibus tractum temporis lucessuum, quae regulariter ponderari solent pro inducendo fideicommissio, & ad hoc, vt filii in conditione positi censeantur vocati, vt per Odd. conf. 66. sub n. 24. vers. & illa exclusa, Casanat. conf. 45. n. 111. Rot. coram Mantice, 375. in fin. & in d. Bonon. fideic. de Sanctis, 27. Martii 1648. coram R. P. D. meo Bichio. Cum materia sit merè conjecturalis, & hinc inde adsint conjecturae, quae mentem disponentis dubiam reddunt, haec fauent alleganti non adesse fideicommissum, pro cuius exclusione in dubio pronuciandum venit, l. pater filium, §. fin. de legat. 3. Fular. conf. 42. n. 32. Gabr. conf. 132. n. 37. lib. 1. Rot. dec. 667. n. 14. p. 2. recen. & dec. 279. n. 31. part. 6. & in Tudertina assc. fideic. 4. Iunii 1640. coram R. P. D. meo Rojas.

Propterea Domini, materia plenè discussa, & approbando etiam fundamenta decisionum coram R. P. D. meo Verospio; merito pro confirmatione sententiae Rotalis responderunt. Vtraque parte informante.

CAPUT CXXII.

De restitutione, vel solutione dotis constitentis in pecunia, facta vxori constante matrimonio. Et quando pecunia soluta vxori praesumatur tota peruenisse ad maritum. De fructibus dotis & augmenti vxori soluendis, viro vergente ad inopiam. Et quibus in casibus fiet, aut excludatur nouatio, maxime dum agitur de dote.

SVMMARIVM.

- 1 Solutio & restitutio dotis facta constante matrimonio, non liberat maritum.
- 2 Fallit, si solutio fiat mulieri non perditura, & in causam iustam.
- 3 Si dos consistat in pecunia, potest solui vxori de consensu mariti.
- 4 Quando fructus fuerunt constituti in dotem, & faciunt partem dotis, tunc maritus solam habet commoditatem fructuum.
- 5 Distinguntur casus, in quibus tota pecunia praesumitur peruenisse ad maritum, quando tam ipsa quam vxor fatentur solutionem recepisse.
- 6 Quando vxor confitetur recepisse pecuniam, antequam sit locus dotis restitutioni, tota pecunia praesumitur peruenisse ad maritum.
- 7 Ampliatur, etiamsi maritus permiserit vt vxor pecuniam caperet; nisi tamen aliunde probetur, vxorem factam fuisse locupletiozem.
- 8 Viro ad inopiam vergente fructus dotis debentur vxori.
- 9 Ita illi debentur fructus donationis propter nuptias.
- 10 Praesumptio l. Quintus, ff. de donat. inter vir. & vx. quod quæstia per vxorem praesumuntur peruenisse ex bonis mariti, non habet locum stantibus conjecturis in contrarium.
- 11 In prouincia Pronincia creditores possunt soluere in bonis credita pecuniaria.
- 12 Enitio qua prouenit ex natura rei, non debetur.

62 Petri Francisci de Tonduti Sanlegerii,

- 13 *Nouatio non inducitur quando agitur de contractu separato & independenti a primo.*
- 14 *Ex quibus excludatur nouatio, quando vxor fecit contractum autorizante marito.*
- 15 *Nouatio fit retentis iisdem terminis primi contractus.*
- 16 *Quando agitur de dote, non fit nouatio, nisi quatenus fuerit utilis.*
- 17 *Nouationem fieri ex quibus impediatur.*
- 18 *Cui solui non potest, ille nouare non potest.*

PRO resolutione plurium difficultatum propositarum ex parte eiusdem mulieris nuptæ, cuius maritus decoctioni proximus erat, sequentes conclusiones propositæ fuerunt.

1 Et primò quidem super eo quod resolui petitur, utrum dos constante matrimonio possit vxori restitui, & utrum mediante tali restitutione, ille qui dotem soluit, liberetur, ita ut nequidem contra maritum soluto matrimonio, vxor, vel ejus hæredes jus habeant repetendi summas eidem vxori solutas: Vera & generalis est conclusio, quod si maritus constante matrimonio dotem vxori restituat, non consequitur liberationem, ut fusè probat *Surd. in tract. de aliment. tit. 8. priuileg. 34. num. 1. & seqq.*

2 † Nisi tamen illa restitutio fiat ex iusta causa, & non fiat mulieri perdituræ, adeo ut nisi probetur versio pecuniarum in illam causam, non subsequatur liberatio soluentis: ut *ibid.* ostendit *Surd. n. 7.*

3 Sed tamen generalis illa regula non procedit quando agitur de dote promissa consistente in pecunia, tunc enim restitutio fieri potest si mariti consensus interueniat, ut copiosè explicat *Barbosa, in l. 2. in princ. p. 2. n. 2. versic. vel clarius etiam responderi poterit, ff. solut. matrim. ubi rationem reddit, quia quoad sortem principalem nihil hoc casu interuenit præter anticipatam solutionem, dum maritus restituit vxori id quod soluto matrimonio restitutus erat, nec etiam quoad fructus, seu interusurium medii temporis, cum pecunia ex se fructus non producat: *l.usura 119. ff. de verb. signific. quod etiam idem Auctor repetit eodem loco, n. 13.* Quod bene explicat *Alexand. in l. 2. ff. solut. matrim.* qui sic loquitur *n. 9.* Sextò fallit quando esset promissa ab alio, vel legata mulieri, videtur quod maritus possit consentire quod mulieri solvatur, & soluens liberetur, quod dicit habere locum si mulier fuerit effecta locupletior, aliàs non.*

Secunda conclusio est, quod quauis dicta vxor fecerit quitancias fructuum, qui constituiebant partem dotis suæ; tamen tales quitancias præsumuntur simulatæ, cum pro majori parte fuerint scriptæ manu mariti, & per dictam uxorem solum subscriptæ.

4 Cum enim negari non possit quin huiusmodi fructus dotem augeant, cum fuerint in dotem constituti, & ideo maritus solam commoditatem fructuum habeat, *l. si conuenerit 4. ff. de pact. dotal. in princ.*

† Sequitur de jure præsumendum esse, quod tota pecunia peruenerit ad maritum. Tres enim hac in re casus considerantur à DD. Primus est, quando maritus & vxor simul consentunt se pecuniam recepisse ex re mariti proveniente. Secundus casus est, quando maritus de consensu vxoris recepit pecuniam ex re propria proveniente: & hi duo casus non conueniunt quæstioni propositæ. Tertius est casus, quando agitur de pecunia proveniente ex re mulieris, & ipsa sola in præsentia & cum consensu viri sui fatetur se recepisse pretium, qui propriè est casus noster. Et hoc casu loquenda generaliter, concludunt DD. standum esse

confessioni mulieris, neque præsumendum esse quod pretium in totum vel in parte peruenerit ad maritum, ut per *Alexand. consil. 38. paulo post princip. versic. tamen quia mulier, vol. 2. Menoch. lib. 1. presump. 22. n. 11. versic. declaratur tertij lib. 3.*

Sed tamen illa generalis regula notabilem accipit limitationem, quæ casui nostro optimè conuenit; nempe ut non procedat, quando vxor creditur recepisse pecuniam de eo tempore, quo tunc erat locus restitutioni dotis, aliàs talis confessio non præiudicat vxori, & tota pecunia præsumitur peruenerisse ad maritum, qui soluto matrimonio tenetur totam pecuniam restituere vxori, ut concludit *Seraphin. in tract. de priuileg. iur. priuileg. 65. num. 6. versic. quod tamen intelligendum est.* *Honded. consil. 45. num. 29. versic. si tunc potest esse locus, vol. 1.* & bene *Natta consil. 552. num. 7. de sequent.* Vbi concludit numero 10. † quod etiam maritus ex causis à jure permissis, durante matrimonio, permiserit quod dos soluatur vxori, non consequitur liberationem, nisi probauerit mulierem fuisse factam locupletiore, cum debet dotem vxori restituere non perdituræ illam: *l. si in dotem, §. final. ff. sol. matrim. & l. maritus, §. maritus, ff. de jur. dot.*

Tertia conclusio: Dicta vxor jure possit solui interesse suæ dotis, à die qua maritus inopius factus fuit, necnon etiam augmenti & aliorum jurium suorum. Quia de jure fructus debentur vxori, marito ad inopiam vergente, quia condignatio dotis fit ad hoc, ut ipsa mulier cum marito se sustentare possit: *l. si cum dote, §. si vxor, ff. sol. matrim. l. ubi adhuc, C. de jur. in rem. in leg. ff. constante, numero 88. & 94. ff. sol. matrim. de fructus vxori debentur: d. l. ubi adhuc, §. final. 259. n. 2. part. 4. dinerf.*

Et sicut in casu vergentis viri ad inopiam debentur vxori fructus dotis, ita & patet debentur fructus donationis propter nuptias: *l. si leg. ubi adhuc, & ibi Bald. num. 54. versic. item ex fructibus ipsius, C. de jur. dot.*

Quarta conclusio: Solidatio computationis maritum & uxorem facta constante matrimonio sine dubio nulla est & inualida, cum in ea non fuerit obseruata solemnitas Statuti Auenionensis: ideo in hoc capite non videtur opus longioris ratione; unde frustra videtur disputari de exceptione *l. Quintus, de donat. inter vir. & vxor.* de qua tamen si agendum esset, satis excluderetur per contrarias præsumptiones, quæ bene in facto deducuntur: de quibus *Ricc. collectan. 190. Mascart. consil. & concl. 214.*

Quinta conclusio: Quamuis Communitas Provinciarum, super quibus facta fuit cessio capituli trecentorum scutorum, soluent marito relictum annuos, illi tanquam marito debitos, in bonis immobilibus; tamen hæredes primi mariti dotis mulieris de qua agitur, non tenentur, nec ipsa quidem vxor erga maritum de aliquo contentione, quia de tempore cessionis, seu donationis in luto, maritus sciebat qualitatem bonorum, & quod Communitates non poterant soluere contentione, nisi in dictis bonis, ratione cuius sciebat maritus excluditur à prætensione regressus & cessionis, ut probatur per text. in *leg. promissa, §. si a debitore, in verbo, sciens: ff. de jur. dotum, Bartol. in leg. si cum dote, §. mulier, & ibi Alexand. numero 4. ff. solut. matrim.* Cencius in *mod. de censib. quæst. 72. n. 23. versic. declaratur etiam modo: in ultima impressione.*

¹² Ultra quod, cum ex lege inuolabiliter obseruata in Patria Prouinciæ debitoribus, & præsertim Communitatibus possint dare bona in solutum suis creditoribus, absque ullo regressu contra cedentes, non potest prætendi euictio, quæ prouenit ex natura rei, & lege generali dictæ Prouinciæ: Gloss. in l. si familiar, in verbo, pro parte, ad fin. ibi, sed magis puto: C. fam. l. c. i. f. c. Hondd. consil. 3. num. 40. lib. 1. Mangil. de euictio, g. 106. n. 23.

Verum in eadem causa dubium propositum fuit utrum per transactionem factam inter viduam, & debitores dotis, per quam conuentum fuit quod summæ dotales adhuc debite exigenter per vxorem propria authoritate, fuerit nouata obligatio mariti, qui in contractu matrimonii se obligauerat pro restitutione dotis.

¹³ Dixi non esse tractandum de nouatione obligationis mariti, quæ nihil habet commune cum transactione: immo est planè diuersa, separata, & independens. Alexand. consil. 13. num. 2. & 3. vol. 2.

¹⁴ Maxime quia non interuenit stipulatio mariti, ex notatis per Marefcot. lib. 2. cap. 56. num. 15. Quod tamen examinat Marc. Medic. examinat. 41. numero 52. Sed nec interuenit pactum, quia maritus non fuit præsens contractui, nisi ad autorizandam vxorem; ergo non ad contrahendum: Rota post Picum ad statut. Urbis, decis. 59. n. 12. Franc. decis. 585. lib. 4. §. 6.

¹⁵ Neque fit nouatio, nisi reteritis subiectis & terminis primi contractus, Zang. de except. p. 3. c. 5. n. 22.

¹⁶ Et nouatio non fit quando agitur de dote, nisi quatenus mulieri fuerit uilis: Riminald. junior consil. 101. num. 22. Marc. Med. decis. 66. num. 62. & decis. 67. num. 26. Gratian. discept. 509. n. 13. Socin. reg. 472. in prima linitat. Marefcot. lib. 2. c. 56. n. 7. Medic. de nouat. q. 7. prima part. m. 15. Mantie. de tacit. lib. 17. tit. 1. n. 19.

¹⁷ Præsertim stante iuramento, quod potius præsumitur appositum cumulatim, quam extinctiue: Riminald. jun. d. consil. 201. num. 20. Tusch. lit. N, conclus. 119. n. 91. Medic. dicta decis. 67. n. 18.

¹⁸ Et generaliter sequens stipulatio non nouat, quando interest stipulantis non fieri nouationem: Mantie. dicto lib. 17. tit. 1. n. 20.

Et is, cui solui non potest, nouare non potest: l. 3. l. cui restit. 10. non ideo 25. ff. de nouat. & eadem ratio est nouare potest, cui solui potest, ut explicat Castrenf. in dicta l. cui restit. n. 1.



CAPUT CXXIII.

Fideiussor qui pro alio intercessit, quomodo, & qua actione indemnitate consequatur pro summis solutis & damnis passis; necnon pro legitimo interesse per eum soluto, vel passo. Et quod hoc casu non sit opus denunciatione, quæ aliquin requiritur ratione damni emergentis. Quid si bona fideiussoris coactè viliori pretio vendita sint, utrum detur repetitio istius interesse, & à quo tempore oriatur hypothea? Ex sententiis vel mandatis judicialibus utrum nascatur hypothea tacita? Vxor pro fructibus bonorum extradotalium utrum habeat hypothe-

Sanlegerii quest. & res. civil. T. II. P. II.

cam? Filii tamen habent illam in bonis patris administrantis.

S V M M A R I V M.

- 1 Fideiussor actione mandati repetit à suo principali debitore sortem, & usuras per eum solutas, etiamsi nihil de indemnitate conuentum sit, maxime si sibi cesse fuerint actiones.
- 2 Fideiussor cui promissa est indemnitas, repetit damna & interesse per eum passa, etiam via executiua.
- 3 Intellige de usuris legitimis; nam illegitima non debentur de iure Canonico, quod seruandum est.
- 4 Fideiussor qui coactus fuit viliori pretio vendere bona sua, ut solueret id pro quo fideiussit, potest damnum illud repetere.
- 5 Neque hoc casu opus est quod fideiussor protestatus fuerit, aut damnum illud suo principali intimauerit, quamuis consultus fuerit hoc facere.
- 6 Fideiussor super bonis debitoris principalis graduandus est iuxta hypotheam à die promissionis indemnitis, tam pro sorte principali, quam pro damnis & interesse.
- 7 Cessionarius subintrat in gradum & hypotheam cedentis.
- 8 Ex sententia non oritur hypothea, nisi à die capta executionis.
- 9 Ex mandatis judicialibus & condemnationibus voluntariis nulla oritur de iure hypothea, & nec etiam à die executionis.
- 10 Maritus tenetur restituere vxori, vel ejus hereditibus fructus bonorum extradotalium.
- 11 Vxor non habet bona mariti obligata pro fructibus bonorum extradotalium, nisi confiet maritum illa administrasse de consensu tacito, vel expresso vxoris.
- 12 Pater usufructuarius bonorum aduentitiorum filii tenetur ex fructibus soluere debita annua.
- 13 Bona patris legitimis administratoris sunt tacite hypotheata filio pro mala administratione.
- 14 Et ista hypothea oritur à die quo pater inchoauit administrationem.

Dionysius donauit inter viuos liberis Dominae Gabrielle filia sue, & Clarae alteri filia sue omnia bona sua, nullis sibi fructibus reseruatis, sed solum alimentis, sua, & vxoris vita durante, una cum summa quinquaginta scutorum; quam donationem postea quatenus opus est confirmauit in fauorem Stephani & Georgii suorum ex dicta Clara nepotum, dictæque donationes intra legitima tempora fuerunt insinuatae.

Idem Dionysius anno 1618. sub fideiussione patris dictorum Stephani & Georgii donatatorum, vendidit cuidam tertio annuam & perpetuam pensionem 49. scutorum, pro capitali 700. dictique Dionysius promisit eidem fideiussori ipsum releuare à solutione dictæ pensionis, & ejus capitalis, & omnium expensarum, damnorum, & interesse, quæ ea de causa sequi possent, sub obligatione & hypothea bonorum suorum, &c.

Insurgunt nunc nonnulli creditores Dionysii concurrentes cum dictis donatariis, inter quos sequentes proponuntur difficultates.

Prima, utrum dictus dominus Fideiussor, aut ejus hæredes, vel creditores possint exigere super bonis Dionysii, non solum summam capitalem 600. scutorum, sed etiam arreragia pensionum per eum solutarum, ascendentia ad scuta 350. & sic in totum scuta 1050.